Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5735
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">

De ymagine crucifixi

referam exempla . Capitulum xiii aliud
Tempore discordie inter
Ottone et philippu
principales in quoda
Oratorio satis firmo se sua
que ad conseruatorem transtulerunt
Quo cognito quidam potens
ex parte aduersa expugnandum
id arietes machinasque con-
plicauit Illi vero qui deintus
erant ymaginem crucifixi
lignea contra hostes in quadam
fenestra posuerunt sperantes
quod ob illius reuerenciam loco par-
cerent Quidam vero ex balista-
riis de cruce non curans ymo
locanti illam indignans telum
misit et sacram ymaginem in
brachio profunde wlnerauit
Nox mira in modum antiqua
renouauit miracula et ad
instar vene humane sanguis
de loco wlneris cepit stillare
Timore igitur tanti miraculi
predictus vir qui cum exercitu
ecclesiam inuaserat cruce
signatus est . Semel enim adhuc
mortalis confixus est atque lan-
ceatus est in terris et cum cotti-
die sedens ad dexteram patris
se configi per prophetam conqueritur
dicens et me crucifigitis gens
tota die . Quantum vero pena
tales sequatur sequenti miraculo
euidenter declarat Capitulum xiiii de
furibus infringentes sacrarium
qualiter puniti sunt

Accidit miseriis traiect-
tum in ecclesia sancti
Martini sacrarium quodam
tempore fures infringentes quosdam
thezauros vna cum cruce pre-
ciosissimis gemmis et auro de-
corata asportauerunt Qui
cum essent plures cruce duobus
committentibus ipsi cum thezauris
abierunt Mane igitur cum tam
sacrilegium ad noticiam episcopi per-
venisset dolens valde et maxime
de cruce ob perdicione dominici
ligni milites cum consilio ca-
nonicorum per diuersas prouincias
misit qui fugientes insequ-
rentur Hii qui crucem porta-
bant per stratam publicam ince-
debant Ad quos cum peruenis-
sent milites nichil de eis
suspicantes pertransierunt Ipsius
vero in quem peccauerunt fures
a sensu alienauit / gressum
fecit ita ut a strata declinantes
pallude intrarent nec tamen
motis pedibus procedere possent
Altera vero die predicti milites
cum fures pene in eodem loco
et maxime lutum calcando vi-
dissent / mirati dixerunt Isti
sunt homines quos heri hic vi-
dimus Ad quos cum vnus
clamasset boni homines male
inceditis / quare non ascenditis
stratam rectam Respondit illi Be-
ne incedimus non vos sollicitet
iter meum Tunc vnus ex mili-
tibus deo inspirante dixit
ad socios Aliquid istud pre-
tendit forsitan rei sunt / te-
neamus illos Ad quos tum